



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 47. Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

Sæcul. XII.  
A.C. 1183.

§. XLVII.

**Archiepiscopatus Montis Regalis in Sicilia.**

**A**nno millesimo centesimo septuagesimo quarto Guilielmus II. Rex Siciliæ *Fæsel. 1. Dec.* Monasterium Benedictinorum, quatuor *lib. 8. p. 110.* milliariis Panormo, Regia urbe, distans *2. Dec. 7. c. 5.* condidit, in quodam loco amœno ad *p. 433.* pedem montis, qui a longa Regum commemoratione Mons Regalis dictus est, ubi deinde modicum oppidum extructum.

Novo Monasterio Lucius III. complura privilegia, ac inter alia exemptionem concessit, tum etiam ut soli S. Sedi esset subjectum. Tandem, a Rege rogatus,

**B**aron. an. *1174. n. ult.* Lucius Papa hanc Ecclesiam Metropoliticam esse jussit, non obstante urbis Panormitanæ propinquitate, eique Episcopos Suffraganeos Catanensem & Syracusanum, licet in altera extremaque Siciliæ ora positos, dedit. Cujus rei auctor

**R**ic. de *S. Ger.* erat Matthæus Cancellarius, is enim in Gualterium Archiepiscopum Panormitanum invidia ardens, Regem permovit, ut Ecclesiam Montis Regalis, adversantibus licet antiquissimis Constitutionibus Ecclesiasticis, in Metropolim erigi urgebat. Diplomata Pontificia quinta Februarii anno millesimo centesimo octogesimo tertio data sunt. Guilielmus vero

vero Abbas, fundati Monasterii numero Sæcul. XII.  
secundus, Archiepiscoporum ibidem pri- A.C. 1183.  
mus fuit, ordinatus manibus ipsius Pa-  
pæ, qui præcepit, ut in hac Ecclesia Di-  
sciplina Monastica perpetuo servaretur.

### §. XLVIII.

*Christianus moritur. Conradus Ar-  
chiepiscopus Moguntinus.*

Inter hæc Lucius Papa Velitris com-  
morabatur, a civibus rebellibus Ro-  
ma pulsus. Jurgiorum causa erant quæ- Rog. Hoved.  
dam consuetudines, quas Papa nunquam p. 621.  
se servaturum juravit, etsi eas Anteces-  
sores ipsius tenuissent. Quamobrem  
Romani usque adeo accensi sunt, ut di-  
ripere & incendere Pontificis terras cœ-  
periat, ipso ab una arce in aliam fugien-  
te. Tunc quidem Christianus Archie- Jo. de Ceu  
piscopus Moguntinus, Imperatoris Can- Chron.  
cellarius ad præstandum Papæ auxilium  
cum valido Germanorum exercitu ad-  
venit; jamque Romanis cuncta in dies  
arctiora fiebant, cum Christianus Tuscu-  
lani morbo corripitur. Itaque Lucius  
Papa, qui non procul inde aberat, ad Ar-  
chiepiscopum invist, qui defientibus Hist.ap.Ser:  
viribus se se erigere ad excipiendum p. 826.  
Summum Pontificem non potuit; sed  
peccata sua ei confessus ab ejusdem ma-  
nibus Sacra mentia & Indulgentiam ac-

K 3 cepit,